

*opinionibus cum illa pugnantibus, eamque suam mentem, non
saltem in congressibus Academicis, scrutiniisque, quae sub-
ierunt, sed etiam in ipso suo munere Ecclesiastico, quo omnes
& singuli satis splendido funguntur, nobis & universae
Ecclesiae puriori comprobavisse. Quamobrem adscito
in subsidium nostrum & implorato Numinis Sanctissimi
auxilio, decrevimus, Eos cunctino die V. Novembris
post horam IX. solenni ac festo ritu in templum no-
strum Academicum deducere, honoribusque, quos me-
ruerunt, mactare. Atque hac ratione sub auspicio*

*SERENISSIMI AC POTENTISSIMI DOMINI,
DN. FRIDERICI AVGVSTI,
REGIS POLONIARVM, MAGNI DVCIS LITHVA-
VIAE, CETERA, DVCIS SAXONIAE, JVLIAE, CLIVIAE,
MONTIVM, ANGRIAET WESTPHALIAE, S. ROMANI
IMPERII ARCHIMARESCHALLI ET ELECTORIS, LAND-
GRAVII THVRINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE, ET VTRI-
VSQVE LVSATIAE, BVRGGRAVII MAGDEBURGENSIS,
COMITIS PRINCIPALI DIGNITATE HENNEBERGICI,
COMITIS MARCAE, RAVENSBURGAE*

ET BARBY,

*REGIS AC DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI,
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFI-
CENTISSIMO,*

*SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO AVGVSTO,*

*PRINCIPE REGIO ET ELECTORATVS HEREDE,
PRORECTOR MAGNIFICO,*

*VIRO AMPLISSIMO, EXPERIENTISSIMO ET
EXCELLENTISSIMO,*

*DN. ADAMO BRENDELIO,
BOTANICAE ET ANATOMICAE PROFESSORE PVBL.
LONGE CELEBERRIMO,*